Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37654
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

[illegible] fol. 3. 88

Senecae et Tyronis Notae /: Codex apponit suis notis:/
incip. nota prima ▮. significat ab. p. notae ipsae
fuerunt inventae a Romanis ad celeriter scribendum, prae-
cipue a Seneca et Tyrone suo. Codex est membran.
saec. circiter VI. in 4to. NB. speciali Cod.
membrana antica et postica habet fragmentum ex epist. +
s. Pauli.

In Codice signato H. 13 89.

Guidonis Magistri /: Codex addit Fabae Abbatis:/
Summa Rhethoricalis, seu de arte dicendi, pro tempore suo.
incip. quasi modo geniti infantes lac concupiscite rationabile
sine dolo cum exultatione suscipite p. durat p. 25. fol.
Ejusdem Dictamina Rhethorica. incip. Vene-
randis Paratibus p. p. 18. fol.
Ejusdem Litterae Domini Papae de Iudice ad po-
testatem p. incip. Viris Nobilibus et discretis. p. 5. fol.
fol. 43. Codicis in margine est quaedam formalis appella-
tio de anno 1292. Domini H. in causa sua coram po-
testate Paduae p. Cod. membr. saec. XIII.
membranae antica et postica habent fragmenta ex Lyta-
niis, variisque textibus ex s. Gregorio, Boëtio p. S. Ma- +
riae Virginis in Gothico.

In Codice signato H. 14. 85.

Wilhelmi Parisiensis Sermones in Epistolas
et Evangelia de tempore et Sanctis. incip. Dom. I. ad-
ventus. Scientes quia hora est jam nos de somno surgere p. in
Evangelio annuntiatur nobis adventus Magni Regis p. de tem-
pore durat p. 56. fol. et in fine habet sermonem notabile
ad textum meus est Galaad, et meus est Manasses p. de amore
Christi, de oratione, de Verbo Dei. de Clericis veri Dei servis
per unum fol. incip. de SS. a festo s. Andreae. signaculum
Altior ad orbem p. durat p. 94. fol. Cod. membr. saec.
XIII. in 4.°

In Codice signato H. 15. 11.

S. Augustini Lib. II. de Soliloquio. incip. s.
volverit mihi, ac varia mecum diu ac per multos dies studiose
quaerenti p. durat p. 20. fol. incip. II. Satis intermissum
est opus nostrum et impatiens est amor p. durat p. 23. fol.
Cod. membr. saec. XII. in 4.°
Alexandri M. Epistola ad Aristotelem de situ +
Indiae et de ejus itinere. incip. Semper memor tui etiam
inter dubia bellorum nostrorum pericula Karissime praeceptor p.
durat p. 19. fol. p. m.
Ejusdem oratio. incip. Scientia prudentiae +
mater datur cum virtute ea quae virtutum omnium ca-
put est p. durat p. 12. fol. mutila tamen est, quia ali-
quot folia, quae et finem orationis hujus, et alias oratiuncu-
las ad Alexandrum factas debebant continere /: ut videre
est in prima pagina Codicis:/ excisa vel excerpta sunt ex
Codice. p. m.